Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uersus eū: dicencēs. Quomā nos audiuimus eū dicentē:
ego dissoluā templū hoc manu factū: ⁊ p triduū aliud nō
manu factū edificabo. Et nō erat cōueniens testimoniū illorū.
Et exurgens sūmus sacerdos in medio: interrogauit iesū dicens.
a Nō respondes quidquā ad ea: quē hi obiciunt ābhis: Ille aū tace
bat: ⁊ nichil respondit. Rursū sūmus sacerdos interrogabat eū:
⁊ dixit ei. Tues xpc filius benedicti: Iesus aū dixit illi. Ego sum.
Et uidebitis filiū hominis ad dexteras sedentē uirtutis: ⁊ uenientē
in nubibus celi. Sūmus aū sacerdos: scindens uestimēta sua. ait. Quid
adhuc desideramus testes: Audiuistis blasphemiā. Quid uobis uide
tur: Qui omnes cōdempnauerūt eū esse reū mortis. Et ceperūt quidā
cōspuere eū ⁊ uelare faciē eius ⁊ colaphis eū cedere: ⁊ dicere ei. Pro
phetiza. Et ministri alapis eū cedebant. Et cū esset petrus in atrio
deorsū uenit una ex ancillis sūmi sacerdotis: ⁊ cū uidisset petrū ca
lefacientē se. aspiciens illū ait. Et cū iesu nazareno erās. At ille
negauit dicēs. Neq scio: neq noui qd dicis. Et exiit foras ante
atriū: ⁊ gallus cantauit. Rursus aū cū uidisset illū ancilla: cepit
dicere astantib. Quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post
pusillū rursus q astabant dicebant petro. Uere: ex illis es. Nā ⁊
galileus es. Ille aū cepit anathematizare ⁊ iurare. Quia nescio ho
minē istū: quē dicitis. Et stātē iterū gallus cantauit. Et recordatus
est petrus ubi qd dixerat ei iesus: priusquā gallus cantet bis ter me
negabis: ⁊ cepit flere. Et cōfestim mane cōsiliū facientes sūmi
sacerdotes cū seniorib ⁊ scribis ⁊ uniuerso cōcilio: uinctentes iesum
duxerūt ⁊ tradiderūt pylato. Et interrogauit eū pylatus. Tu es rex
iudeorū: At ille respondens: ait illi. Tu dicis. Et accusabant eū sūmi
sacerdotes in multis. Pylatus aū: rursū interrogauit eū dicēs. Non
respondes quidquā: Uides in quātis te accusant: Iesus aū amplius nichil
respondit: ita ut mirarētur pylatus. Per diē aū festū dimittere solebat
illi unū ex uinctis: quēcūq petissent. Erat aū q dicebatur barra
bas. q cū seditiosis erat uinctus: q in seditione fecerat homicidiū.